



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 31. Oecolampadius fidei desertor, ac novæ Reformationis Sectator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

hunc Hæresiarcham calatum stringere 3æccl. XVI.
A.C. 1524.
constituit, scripsitque hoc anno tracta-
tum, cui titulus: *Diatribæ* hoc est *exer-
citatio de libero arbitrio*. Libellus iste eru-
ditione, eloquentia, ac Scriptoris mo-
deratione plane præclarus est, de quo
fusior redibit sermo, ubi Lutheri respon-
sum, nonnisi biennio post editum refer-
remus.

§. XXXI.

*Oecolampadius fidei desertor, ac no-
væ reformationis Señator.*

Quamquam Oecolampadius Erasmo ami- Spond. ann.
1525 n. 17.
Sand. hæres.
210.
citiæ fœdere junctus esset, illo ta-
men minus in fide constans ad eam men-
tis imbecillitatem prolapsus est, ut se
hoc anno novarum hæresum torrente
abripi sineret. Natus is erat anno Chri-
sti millesimo quadringentesimo octoge-
simo secundo, ac Juvenis admodum Ba-
sileam vocabatur, ut in Principali Ec-
clesia Verbum Dei populo annunciasret:
Anno autem millesimo quingentesimo Prateol. in
vita Oecol.
Wolfg. Ca-
doctissimam ad Erasmus perscripsit epi-
stola. ibid.
Florim.
Raym. de
orig. hæres.
l. 2. c. 8. n. 9.
& 10.
decimo septimo elegantissimam juxta ac
imo sanctioris vitæ studio animatus an-
no Salutis millesimo quingentesimo vi- Epist. Eras.
l. 7. ep. 42.
8. 43.
gesimo in Monasterio S. Laurentii prope
Augustam Ordinis S. Brigittæ habitum

F f 3 induit,

Sæcul. XVI
A.C. 1524.

induit, nec diu tamen in sacræ familiæ societate permanxit, sed relicto Monasterio Basileam contendit, ubi eidem Paræcialis Ecclesiæ cura demandata fuit: Verum paulo post Novatorum erroribus seductus, Basileæ in primarium commentitiæ reformationis Pastorem se ligebatur, ac præcipue cum Zwinglio consuetudinem jungens, ejusdem errores ubique divulgare conabatur, eodemque anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto, ni fallimur, librum edidit hoc titulo: *De genuina expositione verborum Domini: Hoc est Corpus meum, id est figura corporis, signum, typus, & symbolum,* Erasmus enim hoc anno Christi millesimo quingentesimo vigesimo quinto de *Erasm En.* hoc libro hæc verba habet: *Oecolampadius. Natal. dius tanto studio, totque machinis argumentorum, & tanta facundia scripsit, ut seduci possint, ni vetet Deus, etiam electi.* Oecolampadio Lutherani aliud scriptum opposuerunt, sub hac inscriptione *Syngramma*, cuius Auctor fuisse putatur Joannes Brentius; Oecolampadius vero iis respondens, alium librum edidit, cui titulus: *Anti-Syngramma.* Vulgavit insuper alios tractatus contra liberum arbitrium, & invocationem Sanctorum, docuitque, quod Christianis bella gerere, haud licitum esset. Erasmus ad Natalem Bedam Facultatis Parisinæ Syndicum

cum scribens eum iterum iterumque ^{Sæcul. XVI.}
rogat, ut perniciosum Oecolampadii ^{A.C. 1524.}
librum, si is Doctorum judicio committe-
retur, hi non modo censura perstringant,
sed etiam solide confutent, ut malo in-
de provenienti firmiter occurratur.

§. XXXII.

*Cardinalium Senatus a Papa coactus
circa Germaniae negotia.*

Interea Clemens VII. ut Concilii gene-
ralis celebrationem declinaret, mag-
na utebatur sagacitate; verebatur enim
ne ejus auctoritas in discrimen adduce-
retur, quinimo cum adhuc Cardinalis
esset, inquietabat, quod Synodus ex qua-
vis alia caussa celebrare prodeisset, præ-
terquam ubi in ea agitur de Pontificia
auctoritate (*), cum hanc quæstionem

F f 4 in

(*) Hæc Continuator ex Petro Suavi Polo-
no, qui opiniones Pontificum honori magis ad-
versantes amplectitur, mutuavit, optandum ta-
men, ut Pallavicinum, qui eundem confutat,
secutus fuisset, ac cum eo Lectori hæc dixisset: qua-
ratione id potuisset universe affirmari, illiusque
controversie gratia, quæ de Pontificia auctori-
tate tunc agitabatur, hoc est, quæ cum Luthe-
ro tunc erat, quando tria postrema Concilia,
Constantiense, Florentinum, & Lateranense

eam